4

DE LAPSU
PRIMI HOMINIS, ejusque REPARATIONE,
A C
De Ove Evangelica Errante, ejusque Reductione,

Enarratio, & Enunciatio edita per

Antinorum de Bernardinis Parochum Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe,

Ad Ornatus ex Sac. paginis, per eumdem extractos.

PRO

Conviviis habendis, in Sacro Palatio Apostolico Vaticano, feria quinta in Cœna Domini. Anno 1710.

D I C A T A

NOBILI DOMESTICÆ FAMILIÆ SS. D. N. PAPÆ

CLEMENTIS XI.



R O M Æ, M D C C X.

Typis Georgii Plachi Cælaturam Profitentis, & Caracterum Fusoriam apud S. MARCUM.

SUPERIORUM PERMISSU.

& prudentia Salomonis, & ultra ſpiritum non habebat, videns domum, quam ille ædificaverat, habitacula ſervorum ſuorum, ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, cæteraque per ipſum ſapienter, & prudenter ordinata, atque diſpoſita; Ideòque ſtupore repleta exclamavit: Beati VIRI

tui,

tui, & beati SERVI tui, qui ſtant coràm te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam (*a*); *At ſi fortis illa, & ſapientiſſima mulier, ità opprimitur à gloria illius qui tantùm typum geſſit ejus:* Qui plus quàm Salomon eſt (*b*) *cujus vices gerit in terris ille* SAN-

(a) 3. *Reg.* 10.
(b) *Luc.* 11.

CTISSIMUS PATER, *cujus vos* VIRI, *&* SERVI *estis! Quid ego inter homines minimus, undequaque imbecillis, & imperitus qui ausus sum, enarrare, ac enunciare, non solum ordinatissimam magnificentiam, atque pietatem ipsius* SANCTISS. PASTORIS, *eo die magis ostensam,*

sam,

ſam, quò magis divina refulſit charitas, verùm etiam, Cæleſtem ipſam, divinamque charitatem noſtri divini Reparatoris, ſummique Cæleſtis Paſtoris? Opprimor quidem, & ego ab ipſamet ineffabili maximaque divina dilectione, opprimor, & ab ipſa magnificentiſſima pietate præfati

SANCTISSIMI PONTIFICIS, *univerſaliſque in terris ovium Chriſti paſtoris*: *Ea propter, iſtam, quam de Parentis protoplaſti Lapſu, ejuſque reparatione, ac de Ove Evangelica Errante, ejuſque reductione, enarrationem, & enunciationem, ex litteris ſacris, ſacrorumque Doctorum*

dictis,

dictis, humili, ac brevi ſtylo contexui, Vobis omnibus humiliter dico, voveo, atque commendo; multiplici ratione ſimul, atque ſpe ductus, tùm, ut mea obſequentiſſima in veſtrum quemlibet, vota, ità erga eumdem Sanctiſſimum Dominum, & Principem noſtrum multiplicentur, ut ea, quæ in

vos

vos ſingulos, tanquam in ejus ſubjectum corpus humillime refero, omnia, & in ipſo veſtro ſupremo capite eminenter cenſeantur expreſſa, tum ut ego, apud Eumdem, veſtris accedentibus, atque multiplicatis præcibus, veniam de nimia, & inexcuſsabili audacia, facilius obtineam, tùm, ut

vos

vos radiis vestræ sapientiæ; ac benignitatis, & eam, & quod minus satis in ea explevi, illustrare non dedignemini. Propterea licet, & Ipsum, & vos ignoscentes cognoscam; agnoscens tamen ego, me metipsum aliqua pœna dignum, non ut illa prudentissima Regina, ad Austrum claritatis pro-

priæ

priæ ſapientiæ, ſed ad Aquilonem obſcuritatis propriæ ignorantiæ diſcedens, in Carcere *ſilentii obſtringor: Verùm tamen ex ipſomet* Carcere, *(licet ab ejus, qui hùc memiſit, fulgenti Majeſtate adhuc oppreſſus) exclamare nunquam ceſſabo:* Beati VIRI *tui, & beati* SERVI *tui, qui ſtant coram te*

ſem-

ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Romæ ex Carcere Tulliano XV. Kal. Maii MDCCX.

DE

DE Ratione apponendi ornatus, vulgò *Trionfi*, in Conviviis, quæ quolibet anno præparantur in ſacro Palatio Apoſtolico Vaticano, tàm occaſione Solemnitatis Feriæ Quintæ in Cœna Domini, quàm Nativitatis Dom. Noſtri Ieſu Chriſti, de

man-

mandato Santiſs. D. Noſtri PAPÆ, Emin. & Rever. Dom. Sanctę Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, & in eadem feria quinta in Cœna Domini tredecim Sacerdotibus peregrinis: ac

PRÆ-



PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

INter principaliora beneficia, ab ipſo Deo, & Domino Noſtro Ieſu Chriſto operata ad ſalutem humani generis,

per peccatum primi parentis ſub captivitate dœmonis miſerabiliter lapſi, principaliſſimum eſt ipſius lapſus reparatio, operata ab ipſo Chriſto Domino, eo charitatis exceſſu, ut amariſſimam paſſionem, & mortem in Cruce crudeliſſimam ſubiiret, ejuſque anniverſaria recordatio quotannis ab univerſis Chriſtifidelibus ab ipſo Chriſto Domi-

no

no redemptis recolitur: Ut igitur erga tàm ineffabile beneficium, ipsi Christifideles gratos se ostendant, festivitas optabilis Mundo à Sancta Matre Ecclesia nuncupatur, indicitur, & declaratur (*a*) illiusque Sacrosancta anniversaria recordatio solemniter celebratur à Sancta Romana Ecclesia feria quinta in Cœna Domini, quando ab ipso Chri-

(a) *S. Leo ser.* 10. *de passion. Dom.*

ſto Domino inſtituen-
te ſacrificium incruen-
tum ſui pretioſi Cor-
poris, & Sanguinis,
hæc recordatio ſacri-
ficii cruenti perpetua-
ta fuit, in jugi ſacrifi-
cio incruento præfato,
uſque ad conſumatio-
nem ſæculi; Ideòque
Summus, ac Sanctiſſi-
mus Pontifex Roma-
nus ipſius Dom. No-
ſtri Ieſu Chriſti in ter-
ris Vicarius, ac caput
viſibile ejuſdem San-
ctæ

ctæ Catholicæ Ecclesiæ, Eminentissimis, & Reverendissimis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad ostensionem spiritualis lætitiæ pro tàm sublimi beneficio habendæ ab universali Ecclesia, in cujus universali regimine eidem Summo Pontifici ipsi Eminentissimi Patres assistunt, in aula magna Sac. Palat. Apostolici Vaticani spe-

ctabile æquè, ac decorum convivium parari, & exhiberi jubet, in quo tùm ex parte exhibentis, tùm recumbentium, tùm ratione loci, tùm temporis qualitate, omnia redolent sanctitatem, pietatem, atque doctrinam: siquidem in Ornatu principali dicti convivii, ipsis Eminentissim. Principibus convivantibus, loco sacræ lectionis divinæ

Scri-

Scripturæ in Ecclesia-
sticorum conviviis ad-
hiberi solitæ (*a*) ad- (a) Conc. Trid. sess. 3.
hoc, ut, dùm corpora
præparatis eduliis refi-
ciuntur, spiritus quo-
que cęlesti pabulo ver-
bi Dei pascantur, ali-
quod ex principaliori-
bus gestis in veteri,
vel novo testamento,
figuris ad id aptè ap-
positis, cùm sacro ali-
quo oraculo, expres-
sum exhibetur; idque,
toties peragitur, quo-

ties hujufmodi convivia parantur. Ad congruitatem igitur temporis pafsioni dominicæ dicati, hoc anno cxprimitur lapfus Adam primi noftri parentis, fub ligno vetito fcientiæ boni, & mali, atque in parte fuperiori fupradicti ornatus, habetur figura feu fimulacrum Divinum Verbum fub humana forma repræfentans, quafi cogitans

de

de reparatione hominis, eodemet tempore, quo homo, cogitabat de offenſa Dei; Idem Verbum æternum Lignum Crucis ſibi ab Angelo oſtenſum aſpiciens, eidem quaſi dexteram porrigit, dùm altcra lignum vetitum indicat, addito hoc ſacro Eccleſiaſtico Emblemate: *IPSE LIGNUM TUNC NOTAVIT, DAMNA LIGNI, UT SOLVE-*

RET:

(a) *hym. Pange lingua tempor. Passi.*

RET: (*a*) Minora vero dicti Convivii ornamenta, in numero duodenario apposita, totidem Angelos sacra instrumenta principalia dictę dominicæ passionis gestantes, tanquam fructus præfati ligni vetiti cum oraculis ad ipsa instrumenta alludentibus, ostendent. Cùm verò aliud convivium præfata die in eodem Sacr. Palatio Apostolico in ædibus

ipsius-

ipſiuſmet Summi Pontificis tredecim Sacerdotibus peregrinis apponatur, ornatur hoc etiam modis quibus ſuprà expoſitum eſt: In eo igitur, ut conſonum ſit, ne dùm alteri ſupra enarrato, verum etiam ipſis Sacerdotibus, tali convivio refectis, exprimitur: CHRISTUS PASTOR: forma, & exemplum omnium Eccleſiaſticorum paſtorum, ad quod mu-

nus

nus ratione ſuſcepti ordinis, initiati ſunt omnes Sacerdotes. Ipſè Chriſtus Dominus in principali ornatu ut paſtor apparebit, qui ſuam jam errantem Evangelicam Ovem inventam reducens ad ſuum Sacrum Ovile, in humeris ſuæ Divinæ charitatis hilariter portat, & ad ſignificationem ſui divini gaudii, apponitur ſacrum Evangelicum

ora-

oraculum: *CONGRATULAMINI MIHI, QVIA INVENI OVEM MEAM QVÆ PERIERAT.* (*a*) Ornatus vero minores, ſex exhibebunt virtutes, quibus ſaltèm, quilibet Eccleſiaſticus paſtor ornatus deſideratur, quaſque ſicut cœteras omnes, ipſe Paſtor, & Dominus Noſter Ieſus Chriſtus autor, & dator omnium virtutum poſſidet, & nobiſ-

(a) *Luc.* 15.

nobis misericorditer elargitur, & quælibet ex dictis virtutibus, allusivum oraculum præseferet tàm de veteribus, quàm de novis paginis, pro utriusque conviviis ornatibus sumptum, ut ad instar scribæ docti, ejusque vestigiis inhærendo *de thesauro Sac. Scripturæ, nova, & vetera proferamus.* (*a*)

Habes itaque candide lector expressam mali-

(a) *Mat.* 13.

tiam

tiam primi hominis peccantis, ac Ovis Evangelicæ errantis, utraque unum, & idem oſtendunt, atque demonſtrant: Habes, & expreſſam divinam charitatem noſtri Reparatoris, atque Cœleſtis, & Evangelici Paſtoris, lapſum ipſius primi hominis reparantis, & ovem ipſam Evangelicam reducentis, utraque operatio eadem eſt, & una; Con-

gruum

gruum idcircò putavimus ex ſacris oraculis, ſacrorumque Doctorum dictis, atque ſententiis, utriuſque enarrationem, & enunciationem contexere, ut ex ipſa, in ea parte, quæ lapſum, & reparationem hominis reſpicit; omnes Chriſti fideles, Chriſti Sanguine redempti, qui ſub gubernio ac regimine dicti Summi Pontificis, ſuorumque Col-

late-

lateralium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium degunt, atque vivunt, admirantes, adorantes, atque venerantes Enunciatam divinam charitatem; eidem Christo Domino Reparatori, gratias debitas corde simul, & ore, jugitur agant; in altera verò parte, ut omnes, qui vocati sunt ad munus pastorale, non solum ipsam divinam charitatem Cœ-

leſtis, & Summi Paſto-
ris venerentur, & ad-
mirentur, ſed, & imi-
tentur. Imitare, & tu
devotiſſime Lector,
benignitatem ejuſdem
divini noſtri Repara-
toris, qui ſemper in
nobis culpas, & defe-
ctus compatitur om-
nes, compatiendo, ac
benignè excipiendo
noſtram hanc ſimpli-
ciſſimam eloqutionem,
qua tibi hanc Enarra-
tionem, & Enunciatio-

nem

nem offerimus. Hoc autem, ut tibi facilius ſuadere poſſis, ſcias, ſacra oracula, nec Cicerones, nec Quintilianos deſiderare: Si nobis fidem non adhibes: *HIERONYMUM* interroga (*a*).

(a) *S. Hieron. ad Virg. Euſtoc. & in ejus vita.*

Ornatus minores pro principali Convivio.

I. ANGELVS

Tenet tabellam, in qua ſcriptum appareat.

O fœlix culpa, quæ talem, & tantum Redemptorem habere meruit. Eccl. in bened.Cęr.Paſch.

II. ANGELVS Sacr. titulum Crucis teneat.

Sanctum, & terribile nomen. Pſal. 150.

III. ANGELVS Vultum Sanctum Domini.

Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus. Iſa. 50.

IV.AN-

IV. ANGELVS
Sacros clavos.
Foderunt manus meas, & pedes meos.
Psal. 21.

V. ANGELVS.
Coronam spineam
In ærumna mea, dùm configitur spina.
Psal. 31.

VI. ANGELVS.
Columnam ſub-ſtineat.
Thronus meus in Columna, Ecc. 24.

VII. ANGELUS.
Sacram lanceam.
Percuſſit PETRAM, *& fluxerunt aquæ*. Pſal. 77.

VIII. AN-

VIII. ANGELUS.

Spongiam in arundine.

In siti mea potaverunt me aceto. Psal. 68.

IX. ANGELUS.

Vestes Redemptoris.

Diviserunt sibi vestimenta mea. Psal. 21.

X. AN-

X. ANGELUS
Flagella.
Congregata ſunt ſuper me flagella.
Pſal. 30.

XI. ANGELUS
Funes, & catenas.
Funes peccatorum circumplexi ſunt me.
Pſal. 118.

XII. AN-

XII. ANGELUS.

Cum altera tabella.

O certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est. Eccles. in bened. Cer. pasch.

PRO

Pro altero

CONVIVIO.

I. VIRTUS.

Charitas.
Finis omnis præcepti. 1. Tim. 1.

II. SCIENTIA.

Paſcent ſcientia, & doctrina. Ierem. 3.

III. DI-

III. DILIGENTIA.

Attende diligenter.
Eccl. 13.

IV. PRUDENTIA.

Ambulate pêr vias prudentiæ. Prov. 9.

V. PIETAS.

In omni pietáte, & charitate. 1. Tim. 2.

VI. LAR-

VI. LARGITAS.

*Diſperſit dedit paupe-
ribus*. Pſal. 111.






Im-

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſt.

Dominicus Archiepiſcopus Theodoſiæ Vicegerens.



Imprimatur,


Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sac. Apoſt. Palat. Magiſt.



De lapſu primi hominis, ejuſque reparatione.

ENARRATIO

Ipſe lignum tunc notavit, damna ligni ut ſolveret.



COGITANTI mihi de miſerrimo primi hominis lapſu, fons lacrymarum emanat: Cogitanti mihi de ejuſdem feliciſſima reparatione,

fluvius lætitiæ redundat: Ibi enim me in naturæ humanæ massa damnata justè jacentem aspicio; hic memetipsum in liberandorũ numero, misericorditèr positum spero. Ibi ruinam totiùs humani generis defleo; hic reparationem ejusdem lætus intueor: Illinc tristis video Adam peccantem; hinc gaudens Christum liberantem. Ibi terreni superbiam; hic Cęlestis humilitatem hominis, conspicio: Illinc mortem, hinc vitam; Ibi lamenta, hic gaudia sentio. Ibi tremens video diabolum vincentem; hic victum; Illinc eumdem captivantem, hinc Christum
trium-

triumphantem: Illinc denique ejulando exclamo: ò infelix Adam, qualia, & quanta in uno facinore, crimina commisisti; hinc lætitia exiliens, cum tota Ecclesia cano: O fœlix culpa, quæ talem, & tantum Redemptorem habere meruisti!

Deus, Optimus, Maximus, justus, atque misericors sine initio sempiternus, sine fine perpetuus, præscius omnium futurorum, condidit ab initio Cœlestem rationalem creaturam, Angelicos scilicèt Spiritus, & ex eis *tertia pars cum Dracone* magno, superbiæ duce, *cecidit* (*a*) quia super montem testamenti

(a) *Apoc.* 12.

ti ascendere cupiebat, rapinam namque cogitavit; cùm enim de nihilo in angelicam formam factus fuisset, factori suo se comparans, usurpare conatus est sibi, quod filii Altissimi proprium est, qui utique in forma Dei, à Deo non factus, sed genitus est. Altissimus enim Deus Pater, quamvis Omnipotens, non potuit tamen, vel æqualem sibi, condere creaturam, vel inæqualem sibi, gignere filium, fecit Angelum magnum, sed non Altissimum, (a) & ipse Angelus similis Altissimo esse satagebat. (b) Angelis igitur ipsis aliquibus impia superbia

(a) *S. Bernard. hum. 4. super missus est.*

(b) *Isa.* 14.

bia Deum deserentibus, & de Cœlesti, ut diximus, habitatione ejectis, residuus numerus ipsorum in æterna cum Deo beatitudine, & sanctitate permansit; Placuit proindè ipsi Omnipotenti Deo universorum Conditori, & Moderatori, ut quoniam, non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat, ad æternam infinitæ suę justitiæ, & misericordiæ manifestationem, ea, quæ perierat in perpetua perditione remaneret, quæ autem cum Deo perstiterat, de sua certissima semper futura felicitate secura gauderet. (*a*)

(a) *S. Aug. in Ench.*

Ad restaurationem tamen

cœlestium illarum Sedium, per Angelos desertores amissarum; idem misericors Deus terrenam creaturam rationalem creavit, ut quod Angelicæ Societati ruina illa diabolica minùerat, exaltatio, atque glorificatio ejusdem humanæ rationalis naturæ, decentissimè reintegraret. (*a*) *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in eum spiraculum vitæ*, (*b*) *illumque* posteà *in Paradiso voluptatis collocavit, ut operaretur in eo, illumque custodiret* (*c*) *relinquens tamen eamdem in manu proprii consiliis*. (*d*) Ibi nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, & odoriferis sti-

(a) *S. Aug. de Civ. Dei l.22.c.1.*

(b) *Genes.2.*

(c) *Genes.2.*

(d) *Ecclesi. 15.*

ſtipatus malis, ſulcitus flori-bus, gloria, & honore cir-cumdatus, & conſtitutus cum eſſet ex benignitate Con-ditoris ſuper opera manuum ſuarum tamen *factus eſt ſimi-lis iumentis inſipientibus*. (a)

(a) Pſ. 48.

Cum enim homo ipſe ad imaginem, & ſimilitudinem Dei ab ipſomet Deo factus fuiſſet, dominiumque ſuper univerſis beſtiis, & jumentis accepiſſet, per obedientiam ipſimet Deo, à quo obedien-tiam cœterorum animantium habuerat, ſubjectus eſſe de-buiſſet; Cum tamen noluiſ-ſet ſibi Deum dominari, ſi-cut Deus, à ſe ipſo fieri vo-luit, atque appetiit, & ſic

contigit quod ipſe per inobedientiam Deo indebitam, factus ſit ſimilis jumentis inſipientibus, à quibus debitam ſibi obedientiam, ex Dei juſſu habere debuerat, & ſic obedientia, quam ipſe Deo ſubtraxit, ſibi à ſibi ſubjectis ſubtracta fuit.

Ipſe igitur Deus, ut diximus præſcius omnium futurorum dedit homini præceptum, ut ex omni ligno Paradiſi comedere poſſet, ex arbore vero dignoſcentiæ boni, & mali ne tangeret, & in qua die tetigiſſet mortem moreretur: Serpens verò diabolus, Angelus ſcilicèt, ut ſuprà dictum fuit per ſuperbiam

à Deo ſeparatus, qui in veritatem non ſtetit, autor mendacii, inventor malitiæ, ſuperbiæ inſtitutor, ſcelerum caput, Princeps, & perſuaſor omnium vitiorum, venenoſa aſtutia eum decepit; videns enim ipſum hominem, ex limo terræ, ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum temperantia compoſitum, charitate circumdatum, immortalitate veſtitum, invidia tabeſcens ne ipſe homo, felicitate, à ſe, merito amiſſa, potiretur; ſuaſit illi, ut contempto Dei præcepto, fieret ſicut Deus, illudmet venenum, quo ſe ipſum anteà infecerat, miſerrimo homi-

mini propinans.

Arbor illa, appellata fuit ſcientiæ dignoſcendi boni, & mali; non quia indè hujuſmodi virtute prædicta quaſi poma penderent; ſed quidquid eſſet arbor illa, ideo dicta fuit, quia homo, qui nollet bonum à malo diſcernere per præceptum, illud diſcerneret per experimentum, cùm tangendo vetitum, inveniret ſupplicium, quare verò tetigit? Niſi quia ſua poteſtate uti voluit, ac præceptum frangere placuit, ut nullo ſibi dominante, fieret ſicut Deus, cui nullus dominatur; malè ità elatus, malè præſumens, recedendo à via juſtitiæ,

tiæ, solvit præceptum, excussit à cervice jugum, & disciplinæ habenas, non vescendi libidine, sed exaltandi se ipsum animositate disrumpit. (*a*) Undè effectum est, ut contemnendo præceptum, in mortem incideret, qui obediendo vivere potuisset, proptereaque potestatem concessam, dum in contemptum protulit, & vitæ privilegium perdidit, & mortem sibi suisque posteris acquisivit.

(a) *S. August. ser.* 34. *de verb. Domini*

Enimverò, genus humanum in primo parente, velut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis, & inde omnis homo cum pec-

cato nascitur, unde primus homo permanere noluit sine peccato. (a) Ità igitur primus homo, humanique generis parens, quia authoris præcepto restitit, carnis protinus contumeliam sentit, & quia subesse Conditori per obedientiam noluit, subemet ipso prostratus est, & pacem corporis protinus amisit, ideoque benè per S. Job dicitur: *Quis restitit ei, & pacem habuit?* (b) Quia perversa mens unde se contra authorem erigit, inde in semetipsa confunditur; resistere autem Deo dicimur, cum repugnare ejus dispositionibus nitimur, neque enim nostra infirmitas in-

(a) S. Aug. Ep. 54. l. 7.

(b) Iob. 9.

incommutabili, ac infallibili ejus ſententiæ obſiſtere poteſt, ſed tamen, quod explere non valet, tentat; Nam ſæpe ipſa humana infirmitas occultè vim divinæ diſpoſitionis agnoſcit, & tamen hanc, ſi mutare valeat appetit, contraire ſatagit; ſed ipſo ſe gladio contradictionis frangit, ordini interno renititur, ſed ſuis victa conatibus, ligatur: Habere ergo pacem, reſiſtens non poteſt, quia dum reſiſtendi ſuperbiam confuſio ſequitur, quod ſtultè per culpam geritur, hoc in agentis pœnam mirabilitèr ordinatur. (*a*)

(a) *S. Greg. l. 9. memb. c. 2.*

Jubetur itaque Adam, de ve-

vetito arboris fructu non tangere, una arbor tantùm excipitur, sed universæ ipsius potestati subjiciuntur, pars subtrahitur, sed totum conceditur; Idem prohibet, qui cuncta constituit, idem imperat, qui universa donavit; qui dedit, adimit; qui plantavit, subtrahit; qui condidit, interdicit: Sed dicet aliquis. Ut quid plantavit, qui interdixit, non enim debuit interdicere, qui plantavit, cum posset non plantare, qui interdicturus fuisset, nè frustra plantasse diceretur, qui interdicere jam decreverat quod plantaverat; quasi bonum enim plantavit, & quasi non

ſi non bonum interdixit, cum poſſet nec plantare, nec interdicere, ne plantatio, & interdictio quæſtionem ullam
„ inducerent? Sed, ideo pro-
„ pter hoc, & plantavit, &
„ interdixit, ut ſcilicèt poſ-
„ ſet eſſe per quod voluntas
„ hominis demonſtraretur;
„ dat Deus mandatum ut
„ probet obſequium, impo-
„ nit legem, ut exploret ho-
„ minis voluntatem, inſi-
„ nuat præceptum, ut ejus
„ noſcat arbitrium: liberum
„ fecit hominem Deus, &
„ eidem, ut libero legem de-
„ dit, & quamvis ſciret quod
„ commeſſurus erat, non ta-
„ men neceſſitate prohibuit,

nec

„ nec voluntatem constrinxit.

S. Jo: Chryf: hoc tit.

Nõ enim vinculis virtus, sed „ electione vitæ constat (*a*) „ Stabat ergò arbor in medio, hominis voluntatem „ explorans, cui Deus in „ obedientia præcepti, verum bonum assequendum „ dederat: Non enim poterat Deus perfectius demonstrare quàm bonum sit „ obedientia, nisi cum prohibuisset hominem ab ea „ re, quæ mala non erat, in „ qua, cum obedientia teneret palmam, cum inobedientia inveniret pœnam „ (*b*) explorat igitur Deus „ an homo Dominum commi-

(a) *S. Jo: Chry. serm. 1. de Iejun.*

(b) *S. Aug. ser. 34. de verb. Domini.*

minantem potiùs, quàm diabolum, persuadentem audiret. Non enim, ut dictum est in arboris fructu, sed in hominis contemptu, mors ipsa pendebat; Stabat, & homo inter Deum, & hostem, inter vitam, & mortem, inter interitum, & salutem, Deus comminatur, ut salvet; serpens suadet ut necet; per Deum severitas vitam, per diabolum blanditia, mortem intentat; minatur tamen Deus, & contemnitur, persuadet diabolus, & auditur. Divinitatem homini serpens addere spondet, & immortalitatem subtrahit; apud Deum est severitas, sed

benigna, apud diabolum eſt blanditia, ſed nociva: Sic etenim Deus, Adam cum diabolo certare voluit, ſic eum victoriam perpetrare optavit, ut majora præmia victor acciperet, quàm acceperat à Deo formatus, ut qui ſinè certamine terrena poſſederat, poſt certamen cœleſtia poſſideret: Gloria major eſſet homini ut mereretur, quàm ut dono tanta obtineret, quæ poſſederat; non erat verum meritum ſine alicujus præcepti obſervantia, obedientia enim permaximè conducit ad meritum, obedientia mandatum exigit, non eſt autem obedientia

pul-

pulchra, & egregia, ſine certamine, quemadmodum victoria ſinè agone, & pugna; Fuerat profectò condignum, ut talis circa Creatorem homo fuiſſet, qualem ſe ejus creaturam, ipſe homo agnoſceret, parèret Deo, qui illi cuncta parère præceperat, ſerviret Domino, qui illum Dominum mundi conſtituerat, certaret cum hoſte, ut inimicum deviceret, & denique propria Deo reddente, perciperet. Torpeſcit virtus, ubi certamen defuerit, & facilè hoſtis malitia coaleſcit, ſi pigrèſcat animus repugnantis: Sine labore autem vincitur inimicus, ſi ſit, qui di-

dimicat, vigilans, & intentus. Adeò roborantur vires exercitatione frequenti, cœterum laboris desidia, insolescit hostis sævitia: Inimicus cito devincitur, si qui dimicaturus est, prælia meditatur: nemo enim unquam sollicitus hostem subjicit, nemo sinè certamine victor extitit: Natura humana sicut vigilantia instruitur, ita per otia conculcatur (a) quia ipse Adam segnis fuit, ideò supplantatus fuit (b) non studuit servare jussa, nec vigilantiam habuit, ut diaboli malitiam præcaveret, desidiosus fuit, simplex, & non astutus contra astutum serpen-

(a) *Cassiodor. l.* 1. *Ep.* 40
(b) *S. Io: Chrysost. hoc tit.*

pentem fuit: Idem, dum diabolo persuadenti potiùs, quã Domino comminanti consensit, & vitam quam habuit perdidit, & mortem, quam ignorabat acquisivit. Dignè quippè delapsus est in mortem homo, qui & Dominum providentem, ac prohibentem contempsit, & diabolo suadenti consensit; nemò itaque, nemo protoplasti culpam in Deum convertat, nemo contemptum hominis Deo Creatori adscribat. Diabolus enim persuadere homini potuit, assentiendi voluntatem dare non potuit; nam manifestum est, noluisse Deum, Adam peccare, qui vo-

luit eum ante delictum precavere eumque monuit, munivit, armavit, & quia cum diabolo fuerat pugnaturus, eumdem velut quibusdam armis, hoc est prudentia, consilio,& ratione instruxit (a) Potuit igitur Adam, serpentem contemnere, qui voluit Deo non obedire; Potuit, & Deo parère, quod noluit, qui consentire diabolo maluit; utrũque habuit in sua potestate, & Deo parère, quod noluit, & diabolo consentire, quod voluit, unde, & vitæ gloriam perdidit, & mortis pęnam acquisivit: At audacter aliquis ex filiis hominum vanitatem diligentium, ac men-

(a) Idẽ ubi supr.

mendacia quærentium, non benè ſentiens de Dei bonitate blacterans dicere audebit. Ergo Deus non præſcius eſt, ut dixiſti omnium futurorum, neſciebat poſſe per mandatum rudem hominem peccare? Undè ſatius fuiſſet, ut eum permitteret abſque præcepto, & ſimplicitèr vivere in Paradiſo, ne peccatum committeret per mandatum, & mortem incurret per peccatum. Sed obſtruatur os iſtius ità loquentis iniqua, & contra iſtas impudentiſſimas, atque blaſphemas in ipſum Deum redargutiones, ut imitemur manſuetudinem ipſius Dei offen-

ſi, humilitèr quidem, ſed impavide reſpondemus: Scivit Dominus certiſſimé poſſe primum hominem comedere de ligno vetito, & undique, omnis lingua confitetur, Deum prænoſcere ſemper, & ab æterno prænoviſſe omnia futura. Præſcivit prævaricatores, & Angelum, & hominem. Angelum fecit in ſpiritu ſine carne, nullum dedit ei præceptum, ſed per malignam, & nephariam præſumptionem irreparabiliter cecidit. (a) Peccavit igitur Angelus ſinè inſtigatore, ſinè ſuaſore, nullo ei impoſito præcepto, propria ſua inténſiſſima malignitate, mali-

(a) S. Io: Chry. hoc tit.

litiosaque voluntate, & cognitione: Imitari enim, vo-
„ luit Deum, sed perverse,
„ non enim volebat esse sub
„ illius potestate, sed habe-
„ re contrà illum potestatem
„ (a) sedebo inquit in mon-
te testamenti, quid est sedere, nisi dominium velle exercere, nisi omnes subjectos, & obsequentes habere, nulli dominanti subesse? Omni tamen ratio-
„ ne Deus scivit casum ejus
„ irreparabilem, sicut scivit,
„ quanta bona facturus esset
„ de malo ejus. Fecit Deus
„ hominem, & dedit ei præ-
„ ceptum in creaturam, idest
„ in arbore, & permisit, ut
à Dia-

(a) *S. Aug. ser. 34. de verb. Domini.*

„ à diabolo tentaretur ipse primus Adam, *sicut etiam postea permisit in Secundo Adam* (a) eligens ipse Deus, ut homo, (diabolo instigante,) per trangressionem præcepti increaturam peccaret, quàm sine mandato, sine instigatore, sine tentatore in Creatorem immediatè offenderet.
„ Etenim sicut Angelus, qui
„ sine tentatore, sine man-
„ dato elatus cecidit, ita, &
„ homo si pręceptum non ac-
„ cepisset, si suasione diabo-
„ lica caruisset, æquè, (*fortè*) &
„ ipse dixisset: Ascendam ad
„ Aquilonem, sedebo in mõ-
„ te testamenti, & ero simi-
„ lis Altissimo, &c. (*a*)

(a) *Matth.* & *Luca* 4.

(a) *S. Io: Chrysost tom.* 1. *serm. de Adam*, & *Heu. ac ser. de lapsu pri. hom.*

Præ-

Prævidit quoque per omnia Deus, quanta bona facturus erat, de trangressione, & lapsu primi hominis. Si enim homo non peccasset, utique Dei filius humanam naturam non assumpsisset. (*b*) Si non dimitteret homo Deum, non fieret pro homine Deus homo (*c*) non mitteretur, qui erigeret, nisi homo cecidisset; homo cecidit, Deus descendit. (*d*) Angelus itaque voluit fieri similis Altissimo Deo, & hoc licét impossibile cognoverit per propriam scientiam, perfectamque cognitionem cum quibus ab ipso

(b) *S. Th.* 3. *p. q.* 1. *ar.* 3

(c) *S. August. in Psal.* 70.

(d) *August. in Ps.* 26.

ſo Deo conditus fuit, poſſibile tamen putavit per propriam malitiam, malignamque præſumptionem, & inde factum eſt, ut propria ſua malignissima, atque perverſa cognitione, inordinataque voluntate nunquam à ſua culpa recederet, nunquam ſui ſceleris pœniteret, & ſemper Deo adverſaretur, cui ſimilis eſſe pręſumpſit, ut dùm voluit, quod cognovit impoſſibile, nolit, quod poſſibile cognovit, hoc eſt ſemper Deo adhærere ſi vellet, ut voluerunt cæteri beatiſſimi ſpiritus. Homo verò factus ad ſimilitudinem Dei, fieri voluit, & ipſe ſicut Deus, quod & cogno-

gnovit impossibile per propriam scientiam, sed appetiit, ac putavit possibile per alienam suggestionem, undè factum est, quod & per propriam cognitionem, à Dei gratia illustratam, & coadjuvatam, voluntarie ipsi Deo (ipsa Dei gratia auxiliante) adhæreret per pęnitentiam, & sic posteà Deus, *cui non est impossibile omne verbum* (*a*) factus est homo per suam erga hominem indulgentiam.

(a) *Luc.* 1.

Peccavit igitur primus homo, & quia rapere voluit divinitatem, perdidit omnem felicitatem. (*b*) Peccavit Adam, *& nos omnes in Adam peccavimus* (*c*) Adam initium de-

(b) *S. Aug. in Ps.* 86.

(c) *Roman.* 5.

debiti induxit, & nos posterioribus culpis, fœdus auximus, (a) ideoque divina urgebat justitia contra ipsum hominem ad pœnam, non enim (ajebat) debet locum veniæ habere, qui delinquit admonitus (b) sciebat, noverat Adam pœnam, si peccasset; peccavit: pœna, ideò, condigna puniendus atque plectendus est. Malus si perseveraverit in malo, malum adauget, remedii igitur locumtenet accelerata correctio non tantùm, sed & punitio: *In matutino* hoc est in ipso peccati exordio *interficiatur iste peccator, & sic dispergentur in futura Civitate Domini. omnes*

ope-

(a) *S. Aug. cõtra Iul. l.* 1.

(b) *Cassiodor. l.* 4. *ep.* 29.

operantes iniquitatem. (*a*) Superbia divinitati semper exosa, conterenda est, moribus opportebat esse conspicuum, qui datus fuerat toti humanæ posteritati imitandus; nimis grave malum est, eum deliquisse, cui tota humanitatis massa credita fuit, ut sub regula contineret; cogi ergo debet ad pœnam, ut nunquam quietus vivat, qui suo vitio renuit esse pacificus.

(a) Ps. 110.

At Divina Misericordia clamabat. Benigni Domini est, non tam delicta vindicare, quam tollere, atque delere. Regnantis gloria tunc ditior, & latior apparet, cùm offen-

offensas remittit: Ipsa perfecta, ac verè divina pietas est, quæ antequam precibus flectatur, novit peccatoris considerare in felicitatem, novit dimittere culpam, novit relaxare delictum: Quid tàm egregium, quam fecisse felicem, qui maxima infelicitate præmitur. Peccavit Adam verum est peccavit; sed deceptus, sed instigatus, sed illusus, sed illectus, & in Deum, cui progrium est misereri semper, & parcere: Ideò venia dignus, veniæ capax, veniæ particeps Adam fiat: Ità sanè actum est: ergò opportunè fatendum semper est, quod causa reparationis

tionis nostræ non est, nisi Dei misericordia. (a)

Usque adhuc sub silentio dolorem nostrum patientèr deduximus, nunc verò lætitia repleti, vestras aures nobis hilariter, atque libentèr præbete, unoque ore cum gaudio misericordias Domini in æternum cantemus, & in Domino ipso exultantes jubilemus Deo Reparatori nostro: Deceptum namque Adam, & diaboli fraudibus circumventum, Clementissimus, atque misericors Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis nostræ, à captivitate dæmonis eum liberare decrevit, per

(a) S. Leo. ser. 1. de Iejun.

idem Verbum, Unigenitum Filium suum, per quem, & hominem, & omnia fecit. Statuit enim ab æterno reparare hominem quem jam viderat ab æterno casurum, & antequam ipse Adam peccaret, in illa suavissima ecstasi, immissoque divinitus sopore, intrans in Sanctuarium Dei, novissima intellexit. (*a*) Voluit tamen idem justissimus, atque misericors Deus, modo, & ordine, hominem à diaboli fraudibus circumventum, & sub illius durissima potestate lapsum, solvere, reparare, ac sibi reconciliare, quibus noverat cecidisse, quatenùs malitiæ fraudi, dùm ars

(a) S. *Aug. de genes. ad lit. L.9.c.* 19.

ars pietatis illuderet, ac maligni fortitudinem Christi virtus conteret, diabolo, Deus, & prudentior appareret, & fortior. Ita quippe decuit, incarnatam sapientiam, spiritalem vincere malitiam, quò non solùm attingeret à fine usque ad finem fortiter, sed, & disponeret omnia suavitèr. Attingit autem à fine, usque ad finem, ideſt à Cœlo, usque ad infernum. Utrobique fortitèr, quando, & de supernis expulit superbum, & apud inferos spoliavit avarum. Conveniens ergo erat, ut suavitèr quoque, omnia Cęlestia, & terrena disponeret, qua-

tenùs, & illinc deiiciens inquietum, reliquos in pace firmaret, & hic debellaturus invidum, nobis prius ſuæ humilitatis, & manſuetudinis valdè neceſſarium exemplum relinqueret; ſicque mirabili fieret moderamine ſapientiæ, ut & ſuis ſuavitèr, & hoſtibus fortiter appareıet. Quid enim prodeſſet diabolum à Deo vinci, nobis manentibus ſuperbis? (*a*) Primus igitur ſæpedictus homo cogitabat, ut peccaret, & Deus ut veniam daret. Adam de ſua perditione, Deus de ejus liberatione. Adam ſuam captivitatem, Deus ejus redemptionem parabat. Adam niteba-

(a) *S. Bernard. homil. 2. ſuper miſſus eſt.*

teba-

tebatur, ut fieret ſicut Deus, Deus jã ſtatuerat, ut ipſemet propter hominem fieret homo. Damna per lignũ Adam incurſit: Deus ipſe lignum tũc notavit, damna ligni, ut ſolveret: Vincitur in ligno homo, vincit per lignum Deus: Per lignum homo Deum perdidit, per lignum Deus hominem invenit: Per lignum homo exaltari voluit ut Deus; per lignum Deus humiliari voluit ut homo. Per lignum homo vivere voluit ut Deus, per lignum Deus, mori voluit ut homo: Per lignum homo amiſit innocentiam; per lignum Deus dedit indulgentiam. Regnare voluit

per lignum homo, regnavit & à ligno Deus. Hoc opus nostræ salutis, ordo depoposcerét, ut unde hostis læserat, inde Deus medelam ferret. Per lignum mors, per lignum mortis remedium. Rapere voluit homo per lignum Divinitatem, & Dei filius, *cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo semetipsum exinavit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus.* (*a*) Sed quod per lignum rapere voluit homo, hoc exolvit per lignum Christus, ut jam fuerat anteà per prophetam dictum, quod posteà factum est per Christum: *Quæ*

(a) *Philip.* 2.

non

non rapui, scilicèt, *exolvebam* (*a*) nunc quod legimus intelligimus. *Agnus occisus ab origine mundi* (*b*) tùnc scilicèt in Dei dispositione, atque ordinatione per misericordiam posteà in exequutione per hominum malitiam, ipso tamen Domino volente, ipsaque divina itidem misericordia urgente ad divinam, pro nobis, justitiam satisfaciendam. Tunc ipsius divini agni sanguis, (posteà in effectu effundendus,) in affectu ad hominum salutem applicabatur: *Iesus Christus heri, & hodie*, (*c*) hoc est ab initio, & origine mundi, usque ad finem per solum agnum

(a) *Ps.* 68.

(b) *Apo.* 5.

(c) *Hebr.* 13.

Christum, *præcognitum quidem etiam ante mundi constitutionem, manifestatum autem in novissimis temporibus propter nos* omnis salus, (a) *non est enim in aliquo alio salus.* (b) Agnus hic rationalis pro toto mundo oblatus est, totum Orbem terrarum purificavit, homines ab errore liberavit, & ad veritatem adduxit, terram Cœlum fecit, non elementorum immutata natura, sed conversatione Cęlesti hominibus super terram degentibus allata, juxta propheticum Oraculum. *In terris visus est, & cum hominibus conversatus est*, (c) propter hunc omnis dęmonum cultus solutus est,

(a) 1. *Petr.* 2.
(b) *Act.* 4.
(c) *Baruch.* 3.

pro-

propter hunc, non adorantur lapides, & ligna ab hominibus, & ante insensata vanaque simulacra gentium, insigniti ratione non procidunt, omnis error abiit, & veritatis lux Orbem illustravit; (a) Iisdem igitur modis ut diximus, quibus diabolus vicit mundum, vincere decrevit ipsum diabolum Christus, & illum hominem, quem diabolus fallendo perdidit, Dominus veritatem loquens in filio salvavit; sed diversis temporibus ista actu gesta sunt, principio, & fine, initio, & ultimo, primo, & novissimo, in exordio, & supremo; servitus in principio, liber-

(a) S. Io: Chrysost. homil. 47. in Gen.

libertas in ultimo; luctus in initio, gaudium in fine, in primo mors in novissimo vita, in exordio pœna, in supremo gloria. Per Adam, & Christum, per Hevam, & Mariam; Per serpentem, & Angelum. Mors per Adam; Vita per Christum; Hevam serpens seduxit; Maria Gabrieli consensit: Seductio Hevæ attulit mortem, consensus Mariæ peperit vitam. Restauratur per Mariam, quod per Hevam perierat. Per Christum redimitur, quod per Adam fuit perditum: Per Gabrielem promittitur, quod per diabolum fuerat desperatum; denique deletur pec-
ca-

catur per Christum, quod per Adam fuerat anteà contractum. Redditur per Mariam vita, quæ per Hevam fuerat interempta. Adeò verè effectus est homo, ex reo Judex, ex abjecto filius, ex hoste amicus; ex alieno proximus, ex mortuo suscitatus; ut jam *Angelos iudicet* (*a*) qui ab Angelo fuerat judicatus. Undè jam Cęlestia simul, & terrena lætantur, quia redemit Christus, quem captivaverat diabolus; vivificavit Deus, quem occiderat inimicus: reducitur ad Paradisum victor, quem victum de Paradiso serpens ejecerat. Ascendit in Cęlum, undè ho-

(a) 1. Corin. 6

hostis dejectus est: perimitur sententia diabolus, qui hominem jamdudum peremerat, recepit gloriam Adam, quam per hostem amiserat; Gaudent Sancti omnes, qui redempti triumphant, quod hostis periit diabolus, & quod Adam, qui perierat, divina sit indulgentia restitutus (a) Exultet igitur totus Orbis gaudiis, Cœlumque ipsum resultet laudibus, dùm homo, per eum, qui fecit Cęlum, & terram, de terra ad Cœlum elevatus est, utque homo ad Cęlum ità elevaretur, Deus de Cęlo descendit. At quia homo ad Cœlum per lignum elevari optabat; *humi-*

(a) *S. Io. Chrysost. hoc tit.*

mi-

miliavit semetipsum Dei filius factus homo usque ad mortem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, (a) & cum eo omnes filios adoptionis; Unde semper, atque semper fas sit nobis dicere: Per lignum servi facti sumus, per lignum liberati sumus; Per lignum in nobis omnia mala; per lignum in nobis omnia bona; Per lignum in nobis omnia damna, per lignum in nobis omnia utilia, *dùm etenim homo omnia damna per lignum contraxit*: DEUS IPSE LIGNUM TUNC NOTAVIT, DAMNA LIGNI, UT SOLVERET. Sequitur

(a) *Philip.* 2.

ENUN-



ENUNTIATIO

De Ove Evangelica errante, ejusque reductione

Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. Luc. 15.

DIctum est in superiori Enarratione, quod homo per peccatum factus fuit similis jumentis insipientibus in

in hujus verò enunciationis exordio, àd magis ostendendam Dei charitatem, erga genus humanum dicere liceat, quod & ipse Dominus per misericordiam, dignatus sit, fieri ut jumentum, ut ipsum hominem insipientem, ad sanitatem reduceret: *Vt iumentum*, inquit per Psalmistam, *factus sum apud te, & ego semper tecum*. (*a*) Quid quęso est, ut iumentum factus sum, nisi humanam naturam suscipiendo? Jumen-
„ tum est caro, in qua ad nos
„ venire dignatus est, quia in
„ ipso jumento levavit eum,
qui fuerat sauciatus (*b*) de qua quidem humana natura, con-

(a) *Ps.* 72.

(b) *S. Aug. l.* 2 *q. q.*

considerata in primo Adam peccatore, dictum fuit -- factus est similis jumentis insipientibus; Et considerata in secundo Adam Reparatore, dictum est: Ut jumentum factus sum apud te, per misericordiosam susceptionem peccatorum, & scelerum nostrorum. (a) Apud te: idest apud Patrem, & Deum offensum, justitiam ejus placando pro nobis: Et quid, & ego semper tecum: nisi declarando hypostaticam unionem ipsius Divini Verbi cum humana natura, ostendendo coęternitatem, & consubstantialitatem ipsius æterni Verbi cum ipso æterno Patre? (b) Ipse

Evang. c. 19. & S. Io: Chry. ser. de eo qui incid. in latr.

(a) *S. Ambr. in luc. l. 7. c. 10.*

(b) *S. Athanas. l. 5. de Trin.*

„ etenim Dei filius, divinæ
„ naturæ associavit huma-
„ nam naturam, hypostatica
„ unione conjunxit, ut nec
„ inferiorem consumeret glo-
„ rificatio, nec superiorem
„ minueret assumptio. (*a*)
„ Verbum Dei per quod fa-
„ cta sunt omnia, sic assum-
„ psit corpus ex Virgine, &
„ sensibus apparuit mortali-
„ bus, ut immortalitatem
„ suam non corruperit, ut
„ æternitatem suam non mu-
„ taverit, ut potestatem suam
„ non minuerit, ut à sinu
„ Patris non recesserit, ma-
„ net enim sicuti est, & ubi-
„ que totum est, venit cum
„ manifestatur, & cum ocul-
tatur

(a) *S. Leo. ep.* 10.

„ tatur abſcedit. (*a*) Dicere ergo liceat noſtræ imbecillitati, quod facere placuit divinæ Bonitati: Ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum; non enim ſolùm, ut Adam conditionem jumentorum inſipientium cognoſceret, quibus peccando ſe coæquaverat, *fecit ei Dominus tunicas peilliceas*; (*b*) Sed & ut figuram quoque ſecundi Adam Chriſti exprimeret Redemptoris, *qui in ſimilitudinem carnis peccati venit*. (*c*) In ſimilitudinem carnis peccati; non tamen in carne pec-
„ cati, & ſi filius carnis Adæ,
„ non tamen filius prǫvarica-
„ tionis Adæ, quia non fuit

(*a*) *S. Auguſt. ep.* 3.

(b) *Geneſ.* 3.

(a) *Roman.* 8.

„ na-

„ natura filius iræ, ſicut reli-
„ qui omnes, qui in iniqui-
„ tatibus ſunt concepti. (a) Non ergo ſuorum, quia agnus innocens eſt, ſed noſtrorum peccatorum pondere jumenti ſimilitudine onerari voluit, ita exprimitur per os David: *ſupra dorſum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem ſuam*, (b) peccata, ſcilicét ad peccata adduxerunt, & appoſuerunt, ità namque prolongantur iniquitates, & alibi: *peccata noſtra ipſe pertulit ſuper lignum in corpore ſuo*, (c) *attritus eſt propter celera noſtra, & peccata multorum tulit*. (d) Jumentum, dicitur à juvando, (e) & ſub nomi-

(a) *S. Bernar. ſer. 2. de Pentec.*

(b) *Pſ.* 124.

(c) 1. *Petr.* 2.

(d) *Iſa.* 53.

(e) *S. Th.* 1. *p. q.* 72. *ar. unic. ad* 2.

mine jumentorum; mansuetæ bestiæ, & universa pecora comprehenduntur, à quibus juvamen recipimus, ideòque ad exprimendam Dei providentiam, ac curam præcipuã erga humanam naturam rationalem, & erga omnia irrationabilia animalia condita propter hominem, & à quibus præcipuè homo juvamen accipit dicitur: Homines, & jumenta salvabis Domine (a) Sicuti enim, aquis diluvii, Deus hominem perdidit, ait enim: *perdam aquis diluvii omnem carnem*, ità etiam irrationabilia perdidit, quæ propter hominem creaverat, (b) *Attritus igitur Christus est propter scelera*

(a) *Ps.* 35.

(a) *S. Ambros. lib. de Noe & Arc. c.* 4

lera nostra, voluntariè onerari voluit iniquitatibus nostris, *oblatus est enim, quia ipse voluit:*
(a) Isa. 53. (*a*) Voluit, quia *propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudinem carnis peccati, ut eos, qui sub peccato erant, redimeret*, quasi diceret: Ut omnes homines, qui per peccatum cum Adam, similes jumentis insipientibus facti sunt, levaret, exoneraret, exurgere faceret à pondere peccatorum, à quibus præmuntur, ideo, quasi unum ex jumentis, offerri voluit; tanquam agnus enim, tanquam ovis, ad occisionem ductus est: ob idque adjicit Propheta: *Omnes nos quasi oves*

erra-

erravimus (*a*) quaſi diceret etiam: Quia homo per peccatum, factus eſt ſimilis jumentis inſipientibus (ſub quibus & oves errantes dicuntur) & nos omnes, quaſi oves inſipientes in ipſo Adam erravimus, ideò ipſe Dei filius factus eſt innocens agnus, & pro nobis ovibus ſuis errantibus oblatus eſt nam ut pro omnibus ovibus pateretur factus eſt ovis. (*b*) *Erravit* ergò homo *ſicut ovis* (*c*) ſicut jumentum inſipiens, ſed quæſivit eum Dominus ſicut paſtor. *Venit* enim *in hunc mundum quærere hominem, qui perierat*. (*d*) Venit, non tamen recedens à Cœlo, ſicuti poſt

(a) *Iſai.* 53.

(b) *S. Aug. ſer.* 50. *de verb. Domini.*

(c) *Pſ.* 218.

(d) *Luc* 19.

quæsitum, & inventum hominem, discessit à Mundo reducens hominem in Cœlum, non tamen deserens mundum *vobiscum sum* ait *usque ad consumationem sæculi*. (*a*) Novit venire non recedendo ubi erat, novit abire non deserendo quò venerat; Venit quærere hominem, sed ne deterreret in forma Dei offensi, hominem offendentem, & iterum *præ timore absconderet se à facie eius* (*b*) *in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo* (*c*) carne amictus prodiit: Noli amplius fugere Adam, quia nobiscum Deus, ne timeas ò homo, nec audito Dei nomine terrearis, quia

(a) *Matth. ult. & S. Aug. in psal.* 58.

(b) *Gen.* 3.

(c) *Phil.* 2.

quia nobiſcum Deus, nobiſcum ſimilitudine carnis, nobiſcum utilitate naturæ divinæ, nobiſcum vilitate naturæ humanæ, cùm illa, ut per ipſam ſanet, cum iſta, ut & ipſa in nobis ſanetur, propter nos venit tanquam unus ex nobis paſſibilis; ſolet paſtor quærens oves erantes, ut eas cũ labore inventas facilius reducat, ac ne ipſum fugiant, ne ve ſe ab ejus facie abſcondant, induere ſe ovina veſte, imò vocem etiam emittit belantis, clamando, vocando: Ego ſum Paſtor veſter, cognoſcite me, nolite fugere à me, ego ſum, factus quaſi una ex vobis, ad quærendum

dum vos venio, nolite timere, ut à faucibus luporum vos eripiam accedo, cum labore; Sic Dominus nobiſcum fecit, induit ſe carne noſtra, clamavit, vocavit, admonuit, laboravit uſque ad mortem, ad eruendum nos à faucibus infernalium luporum; Ecce igitur adimpletum, quod per Iſaiam promittitur, *& aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis*. (*a*) O Benignitas paſtoris neglecti! O Clementia Judicis offenſi! O ineffabilia pietatis viſcera! Culpas inſequitur, & peccantes protegit. (*b*) Homo (liceat nobis iterum exclamare) quia in Paradiſo fieri voluit Deus,

quod

(a) *Iſa.* 30.

(b) *S. Greg. homil.* 12. *Ezech.*

quod non potuit, Deum deferuit, & perdidit; Deus, quia voluit, ut homo fieret Deus in Mundo, quod potuit, hominem quæfivit, & invenit: Exivit homo de Paradifo propter peccatum ; & Deus propter mifericordiam *egressus est de summo Cœlo*, (*a*) ut qui ex terreftri ejectus fuerat à divina Juftitia, ad Cœleftem Paradifum à divina Mifericordia reduceretur ; Ipfe hominem faucium, prætermif-
„ fum à præviis, levita fci-
„ licèt, & Sacerdote, non
„ redemptum videlicèt, nec
„ per legem, nec per lega-
„ lia facrificia, miferatus di-
„ vinus Samaritanus perpe-
„ tuus

(a) *Pf.* 18.

„ tuus humani generis custos
„ ad eum accessit, & jumen-
„ to suo, hoc est Verbi in-
„ carnatione suscepit (a) Christus Dominus est divinus ille pastor Evangelicus, qui habebat centum oves; hoc est universitatem Angelicorum spirituum, & genus humanum; Angelici enim Spiritus novem distinctos choros constituentes, illos nonaginta novem justos designant, propter eorum innocentiam, & beatificam refectionem, qua indesinenter pascuntur à Deo: Centum dicuntur, propter numeri hujus perfectionem: Ex his ovibus, una, ultima videlicet periit; Ge-

(a) S. Paulin. Ep. 4.

nus

nus ſcilicét humanum, ultima, quia utriuſque naturæ conditor, paulò minus minuit hominem ab Angelis; periit, quia in primis parentibus perdita fuit humana natura: Etenim *in Adam, omnes peccavimus* (*a*) *&* *eramus natura filii iræ* (*b*) Ea propter merito ipſa humana natura, maſſa damnata appellatur. (*c*) Tunc igitur iſta ovis periit, quando paſcua vitæ reliquit (*d*) tunc periit, quando Deum contempſit, & diabolo conſenſit; tunc periit, quando Dei præceprum fregit, & diaboli conſilium acceptavit, tunc periit, quando monita ſalutis non curavit;

(a) *Rom* 5.
(b) *Pſ.* 2.
(c) *Auguſt. in Ench. c.* 26. *& in Pſ.* 68.
(d) *S. Greg. hom.* 34. *in Evang.*

vit;

vit; tunc periit, quando plus ſerpenti ſuadenti, quàm Deo monenti credidit. Verùm,
„ quia rationalis naturæ nu-
„ merus, Angelorum vide-
„ licèt, & hominum, qui ad
„ videndum Deum, condi-
„ tus fuerat, pereunte ho-
„ mine, erat imminutus, ut
„ perfecta ſumma ovium in-
„ tegraretur in Cœlo, homo
„ perditus quæſitus fuit in
„ terra (a) & in terra inventa eſt ovis iſta, quæ perierat: Unigenitus ſiquidem Dei filius, cives Cœleſtes, Angelos ſcilicèt in Cœlo (quod deſertum vocatur reſpectu hominis, qui ipſum peccando deſeruit) reliquit, & non Ange-

(a) *S. Greg. ubi ſupr.*

ge.

gelum, non legatum misit, sed ipsemet venit assumpta, in unitate personæ, natura humana, in hunc mundum, ad quærendum ipsum hominem, qui periit, ut ipsum reduceret, & salvaret: *fidelis sermo, & omni acceptione dignus quia Christus Jesus venit in hunc Mundum, peccatores salvos facere.* (*a*) Ideò dicitur nobis, sub figura filiæ Sion: *lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habito in medio tui, applicabuntur*, ideſt reducentur, *gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum* (*b*) Applicatio hæc populorum ad Deum, eſt eorum converſio, eorum quæſitio,

(a) 1. *Timoth.* 1.

(b) *Zach.* 2.

eo-

eorum reductio, ideoque de eiſdem ipſis dicitur : *Eratis aliquando ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis ad paſtorem animarum veſtrarum*. (a) Venit, in hunc mundum, divinus Paſtor, ut diximus, & quæſivit ovem errantem, hominem deperditum; inter omnes impietates, & nequitias, omniaque ſcelera, ac vitia hujus ſæculi, invenit iſtam ovem errantem, fœdatam & deturpatam, ipſamque mundans lavacro ſui prætioſi Sanguinis, laſſam, & omni genere morborum inficiatam, ut Cęleſtis medicus curans, & calore Spiritus Sancti refovens, cibans illam proprii

(a) 1. Petr. 2.

ſui corporis eſca, potans ſuo prætioſo præfato cruore, illamque propriis humeris ſuę divinæ charitatis impoſuit, & ad gratiam æterni ſui Patris, tanquam mediator Dei, & hominum, ad domum ſuę æternæ gloriæ , ad gaudia ſempiterna , ad Cœleſtem Paradiſum æternæ voluptatis reducit . Potuit namque homo per ſe ipſum in viam iniquitatis errare, per abruta ſcelerum labere; ſed non potuit per ſe ipſum , in viam juſtitiæ redire, potuit per ſe ipſum infirmari, ſed non potuit per ſe ipſum ſanus fieri. Ipſe paſtor Cœleſtis humanam naturam noſtram ſuſci-

 piens

piens, peccata nostra portavit, pro nobis doluit, prò nobis in laboribus semper; inventa ista ove, rediit, unde venerat, reparatú hominē ad Cœlorum Regnum secum adduxit, secum sublimavit; Ideòque convocat vicinos, & amicos, Angelicos videlicèt beatos Spiritus semper sibi vicinos, & assistentes, omnesque justos, & Sanctos, quos non dedignatus est amicos appellare, (a) & gaudens dicit: CONGRATULAMINI MIHI, QUIA INVENI OVEM MEAM, QUÆ PERIERAT: Discamus itaque, sequamur, amplectemur, imitemur, qui ovibus præsumus Christi, ipsius

(a) Joan. 5.

ſius Cœleſtis ſummi paſtoris charitatem, clementiam, miſericordiam, vigilantiam, benignitatem. Propter ſuum gregem homo factus eſt, ſervi formam aſſumpſit, conſputus eſt, alapis cæſus eſt, poſtremo, ne mortem quidem recuſavit, quinimmò totum ſuum ſanguinem fudit. (a) Paſtor nominari voluit, Paſtor vixit, ut Paſtor etiam mori voluit, cum indumento noſtræ carnis, cum ovina veſte, peccata ſcilicèt noſtra portans, baculo Crucis innixus: Sed quid, ut Paſtor mori voluit! Imò etiam ut ovis: Omnes quippe fecit ſuas oves pro quibus eſt omnibus paſ-

a S. Io: Chryſ. ſer. de S. Philog.

 ſus

ſus, quia, & ipſe, ut pro omnibus ovibus pateretur, factus eſt ovis. (a) Ipſe igitur eſt ille Paſtor bonus, *qui dedit animam ſuam pro ovibus ſuis*. (b) Paſtor ipſe eſt omnium paſtorum, & paſtores multi ſunt unius Paſtoris, & oves cum Paſtoribus, ſunt ſub uno Paſtore, ſicùt enim corpus unum eſt, & multa membra habet, omnia autem membra corporis, cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt, ita, & Chriſtus; ergo ſi ita, & Chriſtus, meritó Chriſtus in ſe habens omnes Paſtores bonos, unum commendat dicens:

(a) *S. Auguſt. tract. 23. in Ioan. c. 21.*

(b) *Io: 5.*

Ego

„ Ego ſum Paſtor bonus ,
„ Ego ſum , unus ſum , me-
„ cum in unitate omnes
„ unum ſunt , qui extra me
„ paſcit , contra me paſcit.
(*a*) Fecit Chriſtus , quod monuit, oſtendit , quod juſſit . (*b*) Igitur ſi in Chriſto, & ſub Chriſto, & cùm Chriſto, & per Chriſtum, Chriſti ovium paſtores ſumus, imitandus eſt Chriſtus. Quid autem , ut paſtor ſecerit Chriſtus, propheta inſinuat (*c*) antequam loquerentur Evangeliſtæ , indicarent Evangelia, exprobans, quod Paſtores in Iſrael non faciebant: Quod itaque in grege Domini infirmum fuit, Chriſtus

(a) *S. Auguſt. ſer.* 50. *de verb. Domin.*

(b) *S. Greg. hom.* 14. *in Ev.*

(c) *Ezech.* 34.

consolidavit, quod ægrotum sanavit; quod confractum, alligavit; quod abjectum reduxit; quod perierat, quæsivit, & in humilitate, & mãsuetudine, monuit, docuit, prædicavit, conversatus est. Si ipsa peragere, exequi, & adimplere, verè cupimus, verè appetimus, verè optamus; verè quærimus, verè desideramus, induere nos oportet charitatem, *quæ omnia suffert, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur,* (a) & denique adimplere legem Christi est: finis omnis præcepti: Scire optamus; charitas

(a) 1 Corinth. 13.

tas quanta ſit virtus, quanta ſit ejuſdem neceſſitas in Paſtoribus ovium Chriſti? Conſiderandum nobis eſt, quod in ipſa, ipſe Chriſtus Dominus fundare voluit Paſtoris officium. Quando enim primum, atque ſummum Paſtorem Petrum conſtituit, interrogavit eum de charitate, monuit de dilectione, ſciſcitatus eſt de amore, quaſi dicens: ſi me amas, certè quod & oves meas amabis, ego caput, ipſæ membra mea ſunt; ſi me diligis, & agnos meos diliges: Si igitur *Petre amas me, paſce oves meas.* (a) Si diligis, certè quod, & paſces. Tèr interrogavit Petrum A-

(a) Io: 21.

 po-

Apoſtolorum, atque Paſtorum omnium Principem, an eum diligeret? Tèr dixit paſce: Tèr dixit, quia in nomine Trinitatis dixit, à qua omnis poteſtas, à qua omnis charitas: Tèr dixit, quia ovium ipſius Sanctæ, ac Individuæ Trinitatis Paſtorem nominabat, Paſtorem conſtituebat: Tèr dixit, quia in nomine & ex parte Trinitatis regere, & paſcere debebat. Tér dixit, quia ipſe Filius, cùm Patre, & Spiritu Sancto, ſuas oves amabat. Tèr dixit, ut fortitèr, ſapientèr, atque ſuavitèr diligamus atque paſcamus; fortitèr cum Patre luminum gubernando;

ſapientèr cum ipſa divini filii ſapientia docendo; ſuavitèr cum Sancto Spiritu eas regendo, fortitèr etiam pro ipſis vitam ſi opportuerit dando, ſapientèr omnia noxia ab eis repellendo, ſuavitèr eas compatiendo, & pro eis omnibus, omnia, nos ipſos faciendo. Tèr dixit, quia ipſe idem, eas in carne quæſivit, in Spiritu dilexit, in virtute
„ redemit: Tèr dixit paſce,
„ quia Paſtores debent pa-
„ ſcere verbo, exemplo, &
„ & temporali ſubſidio (a)
„ Paſce mente; paſce ore;
„ paſce opere; paſce animi
„ oratione, paſce verbi ex-
„ hortatione, paſce exem-

(a) S. Hug. in c. 34. Ezech.

 pli

(a) S. Bernard. serm. 2. de Resur. Domin.

(b) S. Greg. in 1. Reg. c. 16.

(c) Io. 13

„ pli exhibitione. (a) Tèr
interrogavit. Primò, ut per
amorem agere fortia studeat,
secundò, ut contemplatione,
alta cognoscat, tertiò, ut per-
fectæ charitatis affectu, & er-
„ ga proximum ferveat, &
„ ad speciem conditoris fer-
„ ventiùs inardescat. (b)
Commendavit, injunxit, imò
etiam, & præcepit, (c) ipse
dilectionem suam in eas, quia
pro eis, propter nimiam cha-
ritatem, qua dilexit eas, in-
debitam pati voluit mortem,
ut eis indebitam, daret vitam:
Ipse igitur Princeps est, &
forma omnium pastorum, si
diligimus eum, imitemur
eum, pascamus, & nos gre-

gem

gem suum, probatio amoris, exhibitio est operis (*a*) *Ipse sicut Pastor gregem suum portavit in brachio suo congregavit agnos, & in sinu suo levavit, fœtas ipse portavit*. (*b*) Curam igitur paternam, cum charitate Christi, cùm dilectione proximi, in ipsas Christi oves agamus. (*c*) Quæ fecit Christus, & nos pro posse faciamus, exemplum etenim, ad hoc, dedit nobis: Quod igitur in Christi grege infirmum est consolidemus, dicamusque Ovi in-
„ firmæ. Fili accede ad ser-
„ vitutem Dei, stà in justi-
„ tia, & timore, & præpa-
„ ra animam tuam ad ten-

(a) *S. Greg. homil. 3. in Euang.*

(b) *Isa. 40.*

(c) *Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 1.*

„ tationem ; Qui ità loqui-
„ tur, infirmum confortat,
„ infirmum consolidat ; &
„ de infirmo facit firmum
„ (a) Quod ægrotum est sa-
„ nemus ; Inter infirmum,
„ & ægrotum, hoc est discri-
„ men, quod infirmo, ne ac-
„ cedat tentatio , & cum
„ frangat, timendum est ;
„ ægrotus verò, jam cupidi-
„ tate aliqua ægrotat, cupi-
„ ditate aliqua impeditur ab
„ intranda via Dei, à sube-
„ undo jugo Christi. (b) Pro-
prium muneris, apostoli-
ci Pastoris est, Christi oviũ
sanare mentes languidas,
augere eas virtutibus. Ad-
hibenda est Christi mede-
la,

(a) S. Aug. l. de Past. c. 6.

(a) S. Aug. loc. cit.

la, oratio scilicèt sine intermissione, correctio cum suavitate, vox cum opere, increpatio cum patientia: Regat mansuetudinem rigor di-
„ sciplinæ, & mansuetudo
„ ornet rigorem, ut nec ri-
„ gor sit rigidus, nec man-
„ suetudo dissolvat. (a) Acutus sit pastor ad arguendum, mollis ad miserendum, perfectè feriat, ut omnem vim morbi perfectè confodiat, perfectè per misericordiam ungat, ut plagas, quas per correctionem pupugit, per misericordem consolationis unctionem, ad sanitatem reducat. Quod confractum, quod

(a) S. Greg. l. 19. c. 12. moral.

quod debile est, alligemus, spiritualia non subtrahendo, & temporalia etiam exhibendo. Nam si bonus Pastor tenetur pro ovibus suis, si opportuerit, etiam ponere animam suam, vitam videlicèt temporalem, quantò magis substantiam suam? Quod abjectum est reducamus; Nobile enim, & prætiosum reducentes advocat, colligentes attrahit, omnes reducunt, omnes colligunt. Quod fœdum est abluamus, pascua salutis ovibus ipsis tribuamus, extermine- mus ab ipsis lupos, noxias bestias arceamus. Quæramus, & nos, quod periit

oves ſcilicèt Chriſti inter vitia, & illecebras mundi hujus errantes, arguendo, obſecrando, increpando in omni patientia, & doctrina, & ſic inventas, ſuper humeris noſtræ charitatis, atque bonorum operum exemplo, pœnitentiæ Sacramento mundatas, divino, & cœleſti pane, ac Verbi Divini exhibitione refectas, ad Chriſtum noſtrum, & ipſarum Paſtorem adducamus; Chriſtum ipſum Ducem, & Paſtorem noſtrum ſemper imitantes, ſemper ſequentes. Ipſe etenim dixit, *Ego ſum lux, Via, Veritas, & Vita*. (*a*) Simus, & nos lux Mundi, quia *lux*

(a) *Io*:8. & 14.

lux Mundi per participationem, & officium dicti sumus, ab ipso, qui est lux per propriam naturam, & essentiam (*a*) Via, in bonorum operum exemplo; Vita, in integritate, in humilitate, in charitate non ficta, in multa patientia. Via, per quam ipsæ oves, nostra vestigia sequentes; gressus imitantes, monita audientes, vocem auscultantes (vita tamen nostra, valida vox, clamor validus erit, vox suavis, vox acceptabilis, vox amabilis, vox dulcis in auribus omnium erit) possint nobiscum, ad æternam pervenire

(a) *Matth.* 5.

venire vitam : Vita erimus Christi ovibus , si fideles administratores mysteriorum Dei erimus. Veritas, & ipsi nos simus, in doctrina sana, verbum, & legem Domini annunciando, panem ipsius Verbi Dei, parvulis petentibus frangendo, & non petentibus exhibendo, instantes opportunè cum sapientibus, importunè cum insipientibus. *Opportet nos,* (ait Apostolus, opportet dixit, non dixit decet.) *Sine crimine esse, sicut Dei ministros, benignos, Sanctos, & iustos, omnibus ornatos virtutibus, in integritate, in gravi-*

vitate (quia , non facilè , prædicatio ejus accipitur, si levis in moribus videatur (a) *Verbum sanum, irreprehensibile exhibentes ut hi, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes dicere contra nos* (b) Vigilemus igitur, in omnibus laborantes ; nomen enim pastoris, non ad quie-
„ tem, sed ad laborem suf-
„ scepisse cognoscamus, &
„ exhibere curemus in ope-
„ re, quod signamur in nomi-
„ ne (c) ministerium nostrum impleamus, jugiter, diligenter, libentèr, atque hilaritér) *hilarem enim datorem diligit Deus*, (d) quod mo-

(a) S. Greg. homil. 9 in Ezech.

1. Tim. 3. Tit. 2.

(a) S. Greg. ep. 8. l. 4.

(d) 2. Corint. 9.

monuit, quod voluit, quod præcepit Christus, exequentes. Et demum cùm Apostolorum, atque Pastorum Principe, nobis ità alloquamur. *Pascamus, qui in nobis est, gregem Dei, providentes secundum Deum, ut forma facti, gregis, ex animo, cùm apparuerit Princeps Pastorum, percipiamus immarcessibilem gloriæ coronam.* (*a*) *Et Deus pacis, qui eduxit ex mortuis Pastorem magnum in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesu Christum, aptet nos, in omni bono, ut faciamus eius voluntatem* (*b*) Et postquam cursum nostrum consumaveri-

(a) 1. *Petr*. 5.

(b) *Hebr*. 13.

rimus , fidemque ſervaverimus , tunc unuſquiſque noſtrum , cum gaudio in æterna gloria , apud Chriſtum Dominum , & Paſtorem noſtrum , dicere poterit Concivibus Cęleſtibus : CONGRATULAMINI MIHI , nam , QUIA INVENI OVES CHRISTI , QUÆ PERIERANT , lucidas , cum vobis omnibus , æternas ſedes miſericorditèr accepi .

Laus Summo Chriſto Reparatori noſtro, atque Paſtori .

FINIS.

